UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XLVII. De prudentia secundum se.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ *Super quaeſt. quadrageſimaſeptima articulum prim um.*

IN queſt. 47. ubi incipit quartus huius operis tractatus, in ar.1. in reſponſione ad terrtium, aduerte differentiam inter artem, & prudentiam, quòd licet utraque ordinetur ad opus, & in hoc eodem fine conueniant: quia totius practicę rationis, quę comprehendit artem & prudentiam, finis eſt op⁹, differentia tamen inter eas eſt, quòd applicatio ad opus eſt ab ipſa prudentia: applicatio autem artis nō eſt ab ipſa arte. Non enim ars medicinæ applicat ſe ad ſanandum, ſed, ut dicitur 9. Metaphyſico. applicatur ab electione, quæ eſt intrinſeca ab arte. Prudentia autē applicat ſeipſam ad opera: quia ipſe actus uoluntatis, qui eſt uti ipſamet, ad prudentiæ rationem ſpectat, quę in ratione eſt, non abſolute, ſed ut mouetur a uoluntate, ſicut & præceptum. Et hinc fit, ut applicari, uel non applicari ad opus uoluntarie, non uituperet artem: ſed prudentiam. Neque enim minus doctus medicus cenſetur qui noluit, quando oportuit, ſanare: ſed minus prudens habetur, qui quando oportet, ubi oportet &c. non uult exequi a ſe, uel alio, quę executioni eſſent mandāda. Et quia accidentia imitantur ſubſtantiam, ſicut de ipſa ſubſtantia applicationis ad opus dictum eſt: ita de qualitate applicationis contingit, ut ſcilicet taliter applicari ad opus, puta, male, ſi uoluntarie fiat, artem non uituperat, ſed prudentiam, tamquam artis peccatum ſit id ſolum, quod in defectu cognitionis conſiſtit: prudentię autem & id, quod in cognitione, & id quod in appetitus defectu conſiſtit. Propter quod ars eſt contrariorum, ut medicina ſani, & ęgri. Prudentia autem non

## QVAESTIO XLVII.

*De prudentia ſecundum ſe, in ſexdecim articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER poſt uirtutes theologicas primò conſiderandum eſt circa uirtutes cardinales de prudētia. Et primò, de prudentia ſecundū ſe: ſecundò, de partib. ei⁹: tertiò, de dono ei correſpōdē te: quartò, de uitiis oppoſitis: quītō, de pceptis ad hoc ptinētibus.

CIRCA primum quæruntur ſexdecim.

¶ Primò, Vtrum prudentia ſit in uoluntate, uel in ratione.

¶ Secundò, Si eſt in ratione, vtrū in practica tantum, uel etiam in ſpeculatiua.

¶ Tertiò, Vtrum ſit cognoſcitiua ſingularium.

¶ Quartò, Vtrum ſit uirtus.

¶ Quintò, Vtrū ſit uirt⁹ ſpecialis.

¶ Sextò, Vtrum præſtituat finem uirtutibus moralibus.

¶ Septimò, vtrum conſtituat medium in eis.

¶ Octauò, Vtrum pręcipere ſit proprius actus eius.

¶ Nonò, Vtrum ſolicitudo, uel uigilantia pertineat ad prudentiam.

¶ Decimò, Vtrum prudentia ſe extendat ad regimen multiudinis.

¶ Vndecimò, Vtrum prudentia, quæ eſt reſpectu boni proprii, ſit eadem ſpecie cum ea, quæ ſe extendit ad bonum commune.

¶ Duodecimò, Vtrum prudentia ſit in ſubditis, an ſolum ī principibus.

¶ Tertiodecimò, Vtrum inueniatur in malis.

¶ Quartodecimò, Vtrum inueniatur in omnibus bonis.

¶ Quintodecimò, Vtrum inſit nobis a natura.

¶ Sextodecimò, Vtrum perdatur per obliuionem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum prudentia ſit in ui cognoſcitiua, an in appetitiua.*

AD PRIMVM ſic proceditur: Videtur, quòd prudētia nō ſit in ui cognoſcitiua, ſed in ui appetitiua. Dicit.n.* Au. in li. de moribus Eccleſię. Prudētia eſt amor, ea, quib⁹ adiuuatur ab eis quibus impeditur, ſagaciter eligens: ſed amor non eſt in ui cognoſcitiua, ſed in appetitiua. ergo prudentia eſt in ui appetitiua.

¶ 2 Præt. Si cut ex prędicta diffinitione apparet, ad prudētiā ptinet eligere ſagaciter: ſed electio eſt actus appetitiuæ uirtutis, ut ſupra† habitum eſt. ergo prudentia non eſt in ui cognoſcitiua, ſed in ui appetitiua. [† q.15. ar.1.]

¶ 3 Præt. †Philoſ. dicit in 6. Ethi. quòd in arte quidem uolens peccans, eligibilior eſt, circa prudentiam autē minus, quemadmodum & circa uirtutes: ſed uirtutes morales, de quibus ibi loquitur, ſunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. ergo prudentia magis eſt in parte appetitiua, quàm in ratione. [† Ca.5.to.5. non multum a fine.]

SED CONTRA eſt, qđ* Aug. dicit in li. 83. q. Prudentia eſt cognitio rerum appetendarum, & fugiēdarū. [Lib 83.q.61. tom.4.]

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut* Iſidorus dicit in li. Etymol. prudens dicitur, quaſi porro uidens. Perſpicax.n. eſt, & incertorum uidet caſus: uiſio autem nō eſt uirtutis appetitiuæ, ſed cognoſcitiuæ. Vñ manifeſtum eſt, ꝙ prudentia directe pertinet ad uim cognoſcitiuam, non autem ad uim ſenſitiuam: quia per eā cognoſcimus ſolum ea, quæ pręſtò ſunt, & ſenſibus offerūtur. Cognoſcere aūt futura ex pſentibus, uel præteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis eſt, quia hoc per quandam collationē agitur. Vnde relinquitur ꝙ prudētia proprie ſit in ratione. [Li.10.c.15.in cipit, Prudens, 1 prin.]

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ſicut ſupra* dictum eſt, uoluntas mouet omnes potentias ad ſuos actus. Primus aūt actus appetitiuæ uirtutis eſt amor, ut ſupra* dictū ē. Sic ergo prudētia dr̄ eſſe amor non qdē eſſentialiter, ſed inquātū amor mouet ad actum prudētiæ. Vñ & poſtea ſubdit† Aug. ꝙ prudētia ē amor bñ diſcernēs ea, qbus adiuuet ad tēdēdū ī Deū ab his, quibus impediri pōt. Dicitur autem amor diſcernere, inquantū mouet rōnem ad diſcernendū. [1.2.q.82. artic.4.] [1.2.q.25. ar. 1.& 2.] [† Eodem li. & ca. citatis in argum.]

AD SECVNDVM dicendum, quòd prudens conſiderat ea, quæ ſunt procul, inquantum ordinātur ad adiuuandum, uel impediendū ea, quę ſunt præſentialiter agenda. Vnde patet, quòd ea quę conſiderat prudentia, ordinantur ad alia ſicut ad finem: eorum autem quæ ſunt ad finem, eſt conſilium in ratione, & electio in appetitu, quorum duorum conſilium magis proprie pertinet ad prudentiam. dicit.n.* Philoſ. in 6. Ethic. quòd prudens eſt bene conſiliatiuus. Sed quia electio præſupponit conſilium: eſt.n. appetitus pręconſiliati, ut dicitur in 3.† Ethic. ideo etiam eligere, poteſt attribui prudentiæ conſequenter, inquātum. ſ. electionem per conſilium dirigit. [Li.6.c.5. tomo 5.] [Li.3.c.3. circa fi. to.5.]

AD TERTIVM dicendum, ꝙ laus prudentię nō conſiſtit in ſola conſideratione, ſed in applicatione ad opus, qđ eſt finis practicę rōnis. Et ideo ſi in hoc defectus accidat, maxime eſt contrarium prudētiæ: quia ſicut finis eſt potiſſimus in unoquoque, ita & defectus, qui eſt circa finem, eſt peſſimus: unde ibidem Philoſo. ſubdit, quòd prudentia non eſt ſolum cum ratione, ſicut ars. Hēt.n. ut* dictum eſt, applicationem ad opus, quod fit per uoluntatem. [In iſta ſolutione & 1.2. q.37. art.4.]

### ARTICVLVS II.

*Vtrum prudentia pertineat ſolum ad rationem practicam, an etiam ad ſpeculatiuam.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ prudentia non ſolum pertineat ad rationem practicam, ſed etiam ad ſpeculatiuā. Dicitur enim Prouerb. 10. Sapientia eſt uiro prudētia: ſed ſapientia

¶ *Super quaeſt. quadrageſimaſeptima articulum ſecundum.*

IN arti. 2. in rñſione ad ſecūdū, nota Nouitie, ꝙ actus ſpeculationis pōt referri ad res, circa quas uerſatur, ſ. obiectum, enuntiabilia, pręmiſſas, concluſiones, diſcurſus a tali re in talem, [1.2.q.57. at. 3. cor. & 3. diſt. 33. q.2. art.4. q.4.]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt cauſa in effectum, vel econtra, & ſimilia, & ſic non ſubiacet conſilio, & prudentiæ, ſed regulandus eſt ſecundum logicam, & efficaciam habet ſecundum lumen intellectus maius, vel minus. Poteſt quoque referri ſpeculationis actus ad hominem, qui ſpecularí debet, & ſic eſt voluntarius: & cadit ſub conſilio vel prudentia, an ſcilicet ſit ſpeculandum in tali materia, puta, geometria, vel phyſica, an tali hora, & cætera. Et ſi rectè inſpiciamus ad ſupradicta, non eſt ipſe ſpeculationis actus, qui eſt materia proxima conſilij: ſed actus voluntatis, qui vocatur vti, quo uoluntas exercet actum ad ſpeculandum, ita quòd conſilium ſit, an intellectu utendum ſit ad ſpeculationem talis rei, tali hora, tanto tempore, &c. Et ſic conſilium eſt de vſu, qui eſt actus appetitus, tãquam materia proxima, & de ſpeculationis actu, tanquam materia remota, quia ſcilicet eſt materia vſus, qui eſt materia conſilij.

Lib. 1. c. 24. circa fi. to. 1.

Li. 6. c. 1. ad fi. & c. 12.

Lib. [illegible] 5. tomo 5.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte primò, quòd ſicut facere dupliciter ſumitur, ſcilicet vt diſtinguitur contra agere, & vt extendit ſe ad actionem tranſeuntem, & immanentem: ita factibile ſumi poteſt, vt diſtinguitur contra agibile, & ſic eſt materia artis: & vt extendit ſe ad factibile, ſiue per actionem immanentem, ſiue tranſeuntem, & ſic ſumitur in litera, & eſt cõmunis materia artis, & ſpeculatiuarum ſcientiarum, quæ vocantur artes.

Lib. 6. c 5. in prin. tom. 5.

q. 45. art. 2. & 3.

¶ Aduerte ſecundò, quòd quia de facto ita eſt, quòd aliquæ ſcientiæ ſpeculatiuæ vocantur artes, & manifeſte differũt in materia ab arte, quæ in ſexto Ethicorum ponitur quinta virtus intellectualis, & nulla ponitur prudentia ſpeculatiua, cùm tamen materia prudentię ſit magis propinqua materiæ illarum ſpeculatiuarum artium, voluit author ſublata per intellectum, ideſt non conſiderata differentia materiæ, ſcilicet agibilis & factibilis, intus ſcilicet & extra, reddere rationem, quare artis ratio, & non

Lib. 6. c. 5. & 9. tom. 5.

Ambr. loco citato i arg. Tulliꝰ in li. 2. de inuentione in fol. 4. ante finé libri.

principalius conſiſtit in contemplatione: ergo prudentia.

¶ 2 Præt. * Amb. dicit in i. de Officiis. Prudentia in veri inueſtigatione verſatur, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem: ſed hoc pertinet ad rationem ſpeculatiuã: ergo prudentia conſiſtit etiam in ratione ſpeculatiua.

¶ 3 Præt. In eadem parte animæ ponitur a Philoſopho ars, & prudentia, vt patet in 6. * Ethico. ſed ars non ſolum inuenitur practica, ſed etiam ſpeculatiua, vt patet in artibus liberalibus: ergo prudentia inuenitur practica, & ſpeculatiua.

Sed contra eſt, quod * Philoſo. dicit in 6 Ethi. quòd prudentia eſt recta ratio agibiliũ: ſed hoc non pertinet niſi ad rationem practicam: ergo prudentia non eſt niſi in ratione practica.

Respon. Dicendum, quòd ſicut * Philoſo. dicit in 6. Ethicorũ. Prudentis eſt bene poſſe conſiliari. Cõſilium autem eſt de his, quę ſunt per nos agenda in ordine ad finem aliquem. Ratio autem eorum, quæ ſunt agenda propter finem, eſt ratio practica. Vnde manifeſtum eſt, quòd prudentia nõ conſiſtit niſi in ratione practica.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut ſupra * dictum eſt, ſapientia conſiderat cauſam altiſſimam ſimpliciter. Vnde conſideratio cauſæ altisſimę in quolibet genere pertinet ad ſapientiam in illo genere. In genere autem humanorum actuũ, cauſa altisſima eſt finis communis toti vitæ humanæ, & hunc finem intẽdit prudentia. Dicit. n. * Philoſ. in 6 Ethi. quòd ſicut ille, qui ratiocinat̃ bene ad aliquem finem particularẽ, puta, ad victoriã, dicitur eſſe prudens, non ſimpliciter, ſed in hoc genere, ſcilicet in rebus bellicis, ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bene viuere, dicitur prudens ſimpliciter. Vnde manifeſtum eſt, quòd prudentia eſt ſapientia in rebus humanis, non autem ſapientia ſimpliciter, quia non eſt circa cauſam altiſſimam ſimpliciter: eſt enim circa bonũ humanum. Homo autem non eſt optimum eorum, quę ſunt. Et ideo ſignanter dicitur, quòd prudentia eſt ſapientia viro, non autem ſapientia ſimpliciter.

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ * Amb. & ẽt † Tulliꝰ nomẽ pruden-

F prudentię, ad ſpeculatiuos extendatur habitus [illegible] tia, quia prudentia eſt eorum, quæ non ſunt [illegible] uerò ut in pluribus per determinatas proce[illegible] fit, ut ſpeculatini habitus, quaſi aliquid facie[illegible] tas uias, artis rationem induunt, non autem pru[illegible]

tię largius ſumunt pro qualibet cognitione humana tã ſpeculatiua, quàm practica. Quamuis dici poſſit, quòd ipſe actus ſpeculatiuę rationis, ſecundum quod eſt uoluntarius, cadit ſub electione, & conſilio quantum ad ſuũ exercitium, & per conſequens cadit ſub ordinationę prudentiæ: ſed

G quãtum ad ſuam ſpeciem, prout comparatur ad obiectum, quod eſt uerum neceſſarium, non cadit ſub conſilio, nec ſub prudentia.

Ad tertivm dicendum, ꝙ omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile pertinet ad artem: ſed ad prudentiam nõ pertinet niſi applicatio rationis rectæ, & ad ea, de quibus eſt conſilium, & huiuſmodi ſunt, in quib. non ſunt uiæ determinatæ perueniendi ad finem, ut dicitur in 3. * Ethic. Quia ergo ratio ſpeculati-

H ua quædam facit, puta, ſyllogiſmum, propoſitionem, & alia huiuſmodi, in quibus proceditur ſecundum certas, & determinatas uias, inde eſt, quòd reſpectu horũ poteſt ſaluari ratio artis, non autem ratio prudentiæ: & ideo inuenitur aliqua ſpeculatiua ars, non autem aliqua prudentia.

## Articvlvs III.

*Vtrum prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium.*

I Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, ꝙ prudẽtia nõ ſit cognoſcitiua ſingularium. Prudentia enim eſt in ratione, * ut dictum eſt: ſed ratio eſt uniuerſalium, ut dicitur in 1. † Phyſi. ergo prudentia non eſt cognoſcitiua, niſi uniuerſalium.

¶ 2 Præ. Singularia ſunt infinita: ſed infinita non poſſunt comprehendi a ratione. ergo prudentia, quæ eſt ratio recta, non eſt ſingularium.

K ¶ 3 Præt. Particularia per ſenſum cognoſcuntur: ſed prudentia nõ eſt in ſenſu: multi enim habentes ſenſus exteriores perſpicaces, nõ ſunt prudentes. ergo prudentia non eſt ſingularium.

Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 6. Eth. quòd prudentia non eſt uniuerſalium ſolum, ſed oportet etiam ſingularia cognoſcere.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, ad prudẽtiã prinet

non ſolum cōſideratio rationis, ſed etiā applicatio ad opus, quod eſt finis practicæ rationis. Nullus autem pōt conuenienter alteri aliquid applicare, niſi vtrūq; cognoſcat. ſ. & id, quod applicandū eſt, & id, cui applicandū eſt. Operationes autē ſunt in ſingularibus: & ideo neceſſe eſt ꝙ prudēs & cognoſcat vniuerſalia principia rationis, & cognoſcat ſingularia, circa quę ſunt operationes.

A Ad primvm ergo dicēdū, quòd ratio primò quidem & principaliter eſt vniuerſalium: poteſt tamē vniuerſales rationes ad particularia applicare. Vnde ſyllogiſmorum concluſiones non ſolum ſunt vniuerſales, ſed etiam particulares: quia intellectus per quandam reflexionem ſe ad materiam extendit, vt dicitur in 3. de* Anima.

Ad secvndvm dicēdum, quòd quia infinitas ſingularium non poteſt ratione humana comprehēdi, inde eſt quòd ſunt incertæ prouidentiæ noſtræ, vt dicitur Sapien. 9. tn̄ per experientiam ſingularia infinita reducuntur ad aliqua finita, quæ vt in pluribus accidūt, quorum cognitio ſufficit ad prudentiam humanam.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ ſicut * Philoſ. dicit in 6. Eth. prudētia nō conſiſtit in ſenſu exteriori, quo cognoſcimus ſenſibilia propria, ſed in ſenſu interiori, q perficitur per memoriā, & per experimētum ad prompte iudicandum de particularibus expertis: non tn̄ ita, ꝙ prudētia ſit in ſenſu interiori ſicut in ſubiecto principali, ſed principaliter quidem eſt in ratione, per quandam autem applicationem pertingit ad huiuſmodi ſenſum.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum prudentia ſit uirtus.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ prudētia non ſit virtus. Dicit. n. * Aug. in 1. de lib. arbit. ꝙ prudentia eſt appetēdarum, & vitādarum rerum ſcientia: ſed ſcientia contra virtutē diuiditur, vt patet in prædicamētis: ergo prudentia non eſt virtus.

¶ 2 Pręt. Virtutis nō eſt virt⁹, ſed artis eſt uirtus, vt † Philoſ. dicit in 6. Ethi. ergo ars non eſt virtus: ſed in arte eſt prudētia: dr̄. n. 2. Para. 2. de Hiram, ꝙ ſciebat cælare omnē ſculpturam, & adinuenire prudēter quodcūq; in opere neceſſariū eſt: ergo prudentia non eſt virtus.

¶ 3 Præt. Nulla virtus pōt eſſe immoderata: ſed prudētia eſt immoderata, alioquin fruſtra diceretur in Prouer. 23. c. Prudentię tuę pone modum. ergo prudentia non eſt uirtus.

Sed contra eſt, ꝙ Greg. * in 2. Moral. prudentiam, temperātiam, fortitudinem, & iuſtitiam dicit eſſe quatuor uirtutes.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra* dictum eſt, cùm de uirtutibus in communi ageretur, uirtus eſt quæ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit. Bonum B autem poteſt dici dupliciter. Vno modò materialiter pro eo quod eſt bonū: alio mō formaliter ſm rationem boni. Bonum autem, inquantum huiuſmodi, eſt obiectum appetitiuæ uirtutis: & ideo ſi qui habitus ſunt, qui faciant rectam conſiderationem rationis non habito reſpectu ad rectitudinem appetitus, minus habent de ratione uirtutis, tamquam ordinantes ad bonum materialiter. i. ad id quod eſt bonum non ſub ratione boni. Plus autem hn̄t de C ratione uirtutis habitus illi, qui reſpiciunt rectitudinem appetitus: quia reſpiciunt bonum non ſolū materialiter, ſed etiam formaliter .i. id quod eſt bonum ſub rōne boni. Ad prudentiam autem pertinet, ſicut* dictum eſt, applicatio rectę rōnis ad opus, quod non ſit ſine appetitu recto. Et iō prudētia nō ſolum hēt rationem uirtutis, quam hn̄t aliæ uirtutes intellectuales: ſed ēt hēt rōnem uirtutis, quam hn̄t aliæ uirtutes morales, D quibus etiam connumeratur.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ Aug. ibi large accepit ſcientiam pro qualibet recta ratione.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Philoſ. dicit, artis eſſe uirtutē, qa non importat rectitudinem appetitus. Et iō ad hoc, ꝙ hō rectè utatur arte, requiritur, ꝙ hēat uirtutem, q̄ faciat rectitudinem appetitus. Prudentia aūt non habet locum in his, quæ ſunt artis, tū qa ars ordinatur ad aliquem particularem finem: tum quia ars habet E determinata media per quę peruenitur ad finem: dicitur tamē aliquis prudēter operari in his, quæ ſunt artis per ſimilitudinem quādam. In quibuſdam autem artib⁹ propter incertitudinem eorum, quibus peruenitur ad finem, neceſſarium eſt conſilium, ſicut in medicinali, & in nauigatoria, vt dicitur in 3.* Ethico.

Ad tertivm dicendū, quòd illud dictū Sapiētis non eſt ſic intelligēdū, quòd ipſa prudentia ſit moderāda, ſed quia ſm prudētiā eſt aliquis modus imponendus.

cipiens ſic agendum pro republica, quāuis non eueniat intentus finis, aut impediatur actio, habet tamen actum præcepti veriſſimum, optimum, & certum, vtpote conſonum rationi, & appetitui recto. Dicuntur autem prouidentiæ noſtræ incertæ, & propter incertitudinē euentus, & propter occulta nobis.

¶ In reſponſione ad tertium habes, quòd prudentia eſt principaliter in ratione, ſecūdariò autem in cogitatiua: ſed hoc habet quæſtionē, quia in illa potentia ponenda eſt principaliter prudentia, cuius eſt præcipuus prudētię actus: ſed præcipuus actus prudentię eſt præceptum ſingulare ſequens minorem ſingularem. Hæc autem ſingularia ſpectant ad cogitatiuam directe. Et confirmatur, Quia virtus ponitur in potentia conſumatiua operis: unde temperantia ponitur in concupiſcibili: & continentia, quæ non eſt in illa, non eſt virtus, quamuis recte diſponat partem ſuperiorem: ſed cogitatiua eſt, quæ conſumat diſcurſum de ſingularibus: ergo in ipſa ponenda eſt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd propter rationes dictas oportet tam in intellectu, quam cogitatiua ponere habitum, quo bene diſponatnr ad prudentiæ actus. Et licet, ſecundum quod apparet ſexto Ethicorum, capitulo primo, & capitulo penultimo, intellectus ex ſcientia in propoſito morali, cogitatiua autem ex habitu circa ſingularia intellectiuo & ratiocinatiuo perficiatur, pro quanto recte iudicat de fine ſingulari, & recte præcipit de ſingulari opere, ac per hoc prudentia principaliter videatur eſſe cogitatiua, ſecundum tamen authoris doctrinam, in intellectu principaliter ponitur. Et probatur quòd ita ſit tali ratione. Eiuſdem eſt habitus, cuius eſt actus, ſed actus prudentię eſt intellectus. ergo. Probatur minor. Actus prudentiæ eſt cognoſcere uniuerſale & ſingulare, & applicare illud huic, ut patet. ergo eſt intellectus, aut cogitatiuæ. Non enim poteſt eſſe duorum diſparatorum, ut patet in 2. de Anima in proceſſu inueſtigatiuo ſenſus communis, ergo uel eſt cogitatiuę ſolius utentis intellectu. & hoc nō, quia cogitatiua non ſe extendit ad uniuerſale: uel eſt intellectus ſolius, uel utētis cogitatiua, & habetur intentū, quòd ſcilicet eſt principaliter in intellectu, in quo habitus ipſe eſt ſubiectiuè, & ſecundario in cogitatiua, in qua eſt experimētalis habitus, reddens cogitatiuam habilē ad cooperandum intellectui in conſiliando, iudicando, & pręcipiendo de ſingularibus, ita quòd hi actus principaliter ſūt intellectus, miniſterialiter autem cogitatiuæ: propter quod miniſterium, uidetur magis naturalis, & ætatem ſequi prudentia, quam ſcientia, ut dicitur in 6. Ethic.

Li. 2. Mor. c. 36.

Ar. 1. hui⁹ q. ad 3. & 1. 2. q. 55. ar. 2. & 3. & q. 56. & 57.

Ar. 3. hui⁹. q. & ar. 1. ad 3.

¶ *Super quaſt. quadrageſimaſeptima articulum quartum.*

In ar. 4. aduerte, ꝙ prudētia pro quāto in ſola cognitione conſiſtit, habet cōmunem rationem virtutis intellectualis, quia ſcilicet eſt uerorum tantum, quia. ſ. eſt uniuerſaliū, quæ ut in pluribus uera ſunt: ſed quia hoc nō conuenit prudentiæ ſecundum propriam rationē, qua ab aliis intellectualibus uirtutibus differt, qua. ſ. præceptiua eſt operis ſingularis, ideo habet ſpecialem rationem uirtutis, qua eſt uirtus ſimpliciter, ſicut uirtus moralis, & ex eadem radice, ſcilicet rectitudine appetitus.

¶ In reſponſione ad tertium cōclude Nouitie, ergo ly prudentiæ, eſt caſus genitiui. Argumentum autem procedebat ex caſu datiuo. Li. 3. c. 3. tomo 5.

*¶ Super quaſt. quadrageſimaſeptima articulum quintum.*

IN ar.5. in reſponſione ad tertium, dubium occurrit, qa hic ponitur differentia inter prudentiam, & moralem virtutem ex parte rationis formalis, quia. ſ. agibile eſt obiectum prudẽtiæ ſub ratione veri, moralis autem uirtutis ſub ratione boni, In præcedenti autem ar. dictũ eſt, quòd prudentia reſpicit bonũ ſub rõne boni. Qũo mõ ſtant hęc ſimul? ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prudẽtia hẽt utrumque, & quòd reſpicit uerum ut uerum, & propterea ponitur inter intellectuales uirtutes: & reſpicit uerum ut bonũ: & propterea connumeratur uirtutibus moralibus, & ponitur prima virtus cardinalis. Et ne duas rationes formales uni habitui tribuas, quas uni potentiæ non licet tribuere, memento, qđ non ſecundum idem hęc uerificantur, ſed prudentia ſecundum cognitionem reſpicit uerum, ſecundũ præceptum, ſeu applicationem reſpicit bonũ. Et ſimiliter prudentia ſecundum id, quod habet ex intellectu, reſpicit uerũ: ſecundum id, quod hẽt ex appetitu, reſpicit bonum. Eſt.n. perfectio intellectus, ut ſubeſt appetitui recto. commune eſt autem ſubordinatis poſſe habere plures rationes. Optimè ergo poſita eſt differentia inter prudentiam & moralem uirtutem: quia illa ueri, iſta boni. Neque enim obſtat quòd illa boni & ueri, iſta autem boni tantum.

3.di 9.q.1.ar 1.q.2.cor.& di.33.q.1.ar. 1.q.2.& q.2. art.1.q.3.ad 2.
Lib.2.c.6.
Lib 6. ca.5.a medio.& ca. vlt.circa medium.
Li.6.c.12 circa mediũ, & circa fin.lib. tom.5.
Lib.6.c.5 tomo 5.
1.2.q.1 arti. 2.& q.18.ar. 2. & q.54.artic.2.
1.2.q.54. ar. 2.& 1 hac q. ar.1.
D. 205.
1.2.q.54. artic.1.

*¶ Super quaſt. quadrageſimaſepitma articulum ſextum.*

IN ar.6. eiuſdem q. 47. nota in titulo, quòd præſtituere finem uirtuti morali, põt dupliciter intelligi, primò pro ſtatuere, ut uirtus moralis tendat in talem finẽ: & hoc ſpectat ad datorem naturę. Genitor ſiquidem dat naturam determinatam ad talem finem: ſic

Ar.2.huius quæſt.
D. 237.

ARTICVLVS V.

*Vtrum prudentia ſit uirtus ſpecialis.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quòd prudẽtia nõ ſit ſpecialis uirtus. Nulla.n. ſpecialis uirtus ponitur in cõi diffinitione uirtutis: ſed prudẽtia ponitur in cõi diffinitione uirtutis, quia in 2. Eth. diffinitur uirtus habitus electiuus in mediocritate exiſtẽs, determinata rõne quò ad nos, ꝑut ſapiens determinabit: recta autem ratio intelligitur ſ͠m prudentiam, ut dr̃ in 6.† Ethic. ergo prudentia non eſt ſpecialis uirtus.

¶ 2 Præt.† Philoſ dicit in 6. Ethi. quòd uirtus moralis recte facit operari finem, prudentia aũt ea, q̄ ſunt ad finem: ſed in qualibet uirtute ſunt aliqua operanda ꝑpter finẽ. ergo prudẽtia eſt in qualibet uirtute: nõ eſt ergo uirt⁹ ſpecialis.

¶ 3 Præt. Specialis uirtus hẽt ſpeciale obiectũ: ſed prudentia non hẽt ſpeciale obiectum, eſt enim recta ratio agibilium, ut dicitur in 6.* Ethi. agibilia autem ſunt omnia opera uirtutum. ergo prudentia non eſt ſpecialis uirtus.

SED CONTRA eſt, quòd cõdiuiditur, & connumeratur aliis uirtutibus. dicitur enim Sapiẽt.7. Sobrietatem & prudentiam docet, iuſtitiam & uirtutem.

RESPON. Dicendum, quòd cum actus, & habitus recipiant ſpeciem ex obiectis, ut ex ſupra * dictis patet, neceſſe eſt quòd habitus, cui reſpondet ſpeciale obiectum ab aliis diſtinctum, ſpecialis ſit habitus, & ſi eſt bonus, eſt ſpecialis uirtus. Speciale aũt obiectũ dicitur non ſolum ſecundũ materialem cõſideratione ipſius, ſed magis ſ͠m rõnem formalem, ut ex ſupra * dictis patet. Nam una & eadem res cadit ſub actu diuerſorum habituum, & etiam diuerſarum potentiarũ ſ͠m rationes diuerſas. Maior aũt diuerſitas obiecti requiritur ad diuerſitatem potentiæ, quã ad diuerſitatem habitus, cùm plures habitus inueniãtur in una potentia, ut ſupra * dictũ eſt. Diuerſitas ergo rationis obiecti, quæ diuerſificat potẽtiã, multo magis diuerſificat habitũ. Sic ergo dicẽdũ eſt, quòd cũ prudentia ſit in ratione, ut * dictũ eſt, diuerſificatur quidem ab aliis uirtutibus intellectualibus ſ͠m materialem diuerſitatẽ obiectorũ. Nã ſapientia, ſcientia, & intellectus ſũt circa neceſſaria: ars aũt & prudentia circa cõtingentia. Sed ars circa factibilia, quę. ſ. in exteriori materia conſtituuntur, ſicut do-

F mus, cultellus, & huiuſmodi. Prudentia autem eſt circa agibilia, q̄ ſ. in ipſo operante conſiſtunt, ut ſupra * habitum eſt: ſed a uirtutibus moralibus diſtinguitur prudentia ſecundũ formalẽ rationẽ potentiarum diſtinctiuam ſ. intellectiui, in quo eſt prudentia: & appetitiui, in quo eſt uirtus moralis. Vnde manifeſtum eſt prudentiã eſſe ſpecialem uirtutem ab omnibus aliis uirtutibus diſtinctam.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa diffinitio non datur de uir-

G tute in communi: ſed de uirtute morali, in cuius diffinitione conuenienter ponitur uirtus intellectualis communicans in materia cum ipſa. ſ. prudentia. Quia ſicut uirtutis moralis ſubiectum eſt aliquid participans rationem: ita uirtus moralis habet rationẽ uirtutis, inquantum participat uirtutem intellectualem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ex illa ratione habetur, quòd prudentia adiuuet omnes uirtutes, & in omnibus operetur. ſed hoc nõ

H ſufficit ad oſtendendum, quòd non ſit uirtus ſpecialis. quia nihil prohibet in aliquo genere eſſe aliquam ſpeciem, quæ aliqualiter operetur in omnibus ſpeciebus eiuſdem generis, ſicut Sol aliqualiter influit in omnia corpora.

AD TERTIVM Dicendum, quòd agibilia ſunt quidem materia prudentiæ, ſecundum quod ſunt obiectum rationis, ſ. ſub ratione ueri. Sunt autem materia moralium uirtutum, ſecundum quod ſunt obiectum uirtutis appetitiuæ, ſ. ſub ratione boni.

I

ARTICVLVS VI.

*Vtrum prudentia præſtituat finem uirtutibus moralibus.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd prudẽtia pſtituat finem uirtutibus moralibus. Cùm enim prudentia ſit in ratione, uirtus autem moralis in ui appetitiua, uidetur quòd hoc modo ſe habeat prudentia ad uirtutẽ moralem, ſicut ratio ad uim

K appetitiuam: ſed ratio præſtituit finem potentiæ appetitiuæ: ergo prudentia præſtituit finem uirtutibus moralibus.

¶ 2 Præt. Homo excedit res irrationales ſecundum rationem. ſed ſecundum alia cum eis cõmunicat: ſic ergo ſe habent aliæ partes hominis ad rationẽ, ſicut ſe hẽt homo ad creaturas irrationales: ſed homo eſt finis creaturarum irrationalium, ut dr̃ in 2.* Politic.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ergo omnes aliæ partes hominis ordinantur ad rationem, ſicut ad finem: ſed prudentia eſt recta rõ agibilium, ut† dictũ eſt. ergo oĩa agibilia ordinantur ad prudentiã, ſicut ad finem. ipſa ergo pręſtituit finem omnibus uirtutibus moralibus.

¶ 3 Præt. Proprium eſt uirtutis, uel artis, ſeu potentiæ, ad quã pertinet finis, ut præcipiat aliis uirtutibus, ſeu artibus, ad quas pertinẽt ea, quæ ſunt ad finem: ſed prudentia diſponit de aliis uirtutib⁹ moralibus, & præcipit eis. ergo præſtituit eis finem.

Sed contra eſt qđ* Philoſ. dicit in 6. Ethic. ꝙ uirtus moralis intentionem finis facit rectã: prudentia autem, quæ ad hanc. ergo ad prudentiam non pertinet pręſtituere finem uirtutibus moralibus, ſed ſolum diſponere de his, quę ſunt ad finem.

Respon. Dicendum, quòd finis uirtutum moralium eſt bonum humanum. Bonum autem humanę animæ eſt ſecũdum rõnem eſſe, ut patet per Dionyſium 4. c. de diuin. nominib. Vñ neceſſe eſt ꝙ fines moralium uirtutum pręexiſtant in rõne. Sicut autẽ in rõne ſpeculatiua ſunt quędam, ut naturaliter nota, quorum ẽ intellectus: & quædam, quę per illa innoteſcunt. ſ. concluſiones, quarũ eſt ſcientia: ita in ratione practica pręexiſtunt quædã, ut principia naturaliter nota. Et huiuſmodi ſunt fines uirtutum moralium: quia finis ſe habet in operabilib⁹, ſicut principium in ſpeculatiuis, ut ſupra * habitum eſt. Et quædã ſunt in ratione practica, ut cõcluſiones: & huiuſmodi ſunt ea, quæ ſunt ad finem, in quæ peruenim⁹

q.5.art.7.& q.23.arti.7. ad 2.& q.26. ar.1. & 2.3. q.13.art.3.

B ex ipſis finibus, & horum eſt prudentiã applicans uniuerſalia principia ad particulares concluſiones operabilium. Et ideo ad prudentia non pertinet præſtituere finem uirtutibus moralibus, ſed ſolum diſponere de his, quæ ſunt ad finem.

Ad primum ergo dicendũ quòd uirtutibus moralibus præſtituit finem rõ naturalis, quæ dicitur ſynderesis, ut in 1. * habitũ eſt, non autem prudentia, rõne iam* dicta. Et per hoc patet reſpõſio ad ſecundum.

3.1.q.79.art.12.
In corp.art.

C Ad tertium Dicendum, quòd finis non pertinet ad uirtutes morales, tanquam ipſæ pręſtiſtituant finem: ſed quia tendunt in finem a ratione naturali præſtitutũ, ad quod iuuantur per prudentiam, quæ eis uiam parat, diſponendo ea quę ſunt ad finem. Vnde relinquitur, quod prudentia ſit nobilior uirtutibus moralibus, & moueat eas: ſed ſynderesis mouet prudentiam, ſicut intellectus principiorum ſcientiam.

ad finem, ſicut de ſcientia reſpectu concluſionum. Scientia namque ſemper eſt concluſionum: ſed tamen ſcientia ſecundæ concluſionis eſt materialiter ſcientia principii tertiæ concluſionis: quia illamet propoſitio, quæ fuit concluſio ſecundæ, eſt principium tertię demonſtrationis, & ſic de aliis Et ſimiliter prudentia ſemper eſt reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem: ſed cum hoc ſtat, quòd prudentia reſpectu huius ad talem finem, ſit materialiter de fine reſpectu alterius ſubordinati illi medio, & ſic deinceps, prout cõtigit plura ſubordinari media ad unum finem principalem. Quod enim ſunt ad finem in primo diſcurſu, ſit ſinis in ſecundo diſcurſu, & ſic deinceps in tertio, & reliquis. Eſt etiam unum aliud hic aduertendum, quòd ſicut ſcientia dicitur concluſionum tantum ut ſcitarum, & cum hoc ſtat quòd eſt præmiſſarum ut cognitarum (Vtitur enim eis ut cognitis, applicando ad cõcluſionem) ita prudentia eſt tantum eorum, quæ ſunt ad finem ut rerum præceptarum, & electarum: & cum hoc ſtat, immo exigitur, quòd ſit finis, ut aſpecti, & intenti. Vtitur ſiquidem prudentia fine, applicando ipſum ad id, quod eſt ad finem. Secundo, poteſt uerti in dubium reſpectu finium propriorum uirtutum moralium, & iuxta hunc ſenſum tractatur in litera, & impugnatur a Scoto. Author. n. ſentit, quòd uirtuti morali finis præſtituitur a ſynderesi: quia naturalis ratio dictat, quòd in timoribus bonum rationis, & ſimiliter in concupiſcentiis, & ſimiliter in ira, & operationibus ſectandum eſt.

¶ Ad primam ergo rõnem Scoti dicitur, ꝙ licet uirtutem moralẽ pręcedat naturaliter prudentia, non tamen prudentia dictatiua de fine: ſed ſufficit naturalis rõ dictatiua de fine, & prudentia dictatiua de mediis ad finem. Probatio autem dicens quia uirtus moralis generatur ex electione finis, implicat in adiecto: quia electio non eſt finis, ſed eorum, quæ ſunt ad finem.

¶ Ad ſecundum aũt dicitur, ꝙ unitatem prudentiæ reſpectu omnium mediorum ad finem, ſufficit unitas finis aſpecti prudentia; & non requiritur unitas finis dictati ab illa. Accidit. n. unitati finis reſpectu eorum quę ſunt ad finem, & directiui eorum in illum, quod ſit dictatũ ab hoc, uel altero: ſufficit. n. quòd ſit aſpectum a directiuo mediorum in illum. Argumentum autem procedit ac ſi directiuum mediorum non cognoſceret finẽ, ad quẽ dictãt media: & hæc ſat ſunt argumẽtis Scoti. Si quis tamen quæreret, quare in parte intellectiua ponantur duæ uirtutes reſpectu unius materiæ moralis. ſ. ſynderesis, & prudentia, altera reſpectu finis, altera reſpectu eorũ quæ ſunt ad finẽ: in parte aũt appetitiua una tantum ponit uirtus reſpectu finis, & eorũ, quæ ſunt ad finẽ, puta, caſtitas: Reſpõdẽdũ eſt, ꝙ ex hoc ꝙ cognitio perficitur ſecundum qđ res ſunt in aĩa, ſequitur ꝙ alia ſit uirtus, qua aĩa iudicat aliqua ſcđm ſeipſa, & alia qua iudicat aliqua ꝑ reſolutionẽ in alia. Aliter ſiquidem oportet eẽ diſpoſitũ circa hæc, & circa illa, ut patet ex diuerſitate luminis. Et propterea tam in intellectu practico, quàm ſpeculatiuo alia eſt uirtus reſpectu principiorum, & alia reſpectu concluſionum. Ex hoc autem quòd appetitio perficitur, ſecundum quod anima tendit ad res, ſequitur ꝙ ſicut in rebus per eandẽ naturam aliquid mouetur ad medium & terminum, ut patet in grauibus

A & leuibus: ita appetitus per eãdem uirtutem tendat in finem, ut terminum, & id quod eſt ad finem, ut medium.

¶ Ad dubium autem ad hominem, dicta in prima ſecundę approbo, adiunctis dicendis in hoc, & ſequenti articulo.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte tria. Primò, quòd formalis reſponſio ad argumentum conſiſtit in hoc, quòd prudentia non præcipit uirtuti morali ſimpliciter: ſed diſponendo ea, q̃ ſunt ad finem. Secundò, quòd ex eodem medio poterat argui econtra ſubſumendo. Sed uirtus moralis eſt de fine: ergo p̃cipit prudentiæ, ex quo ipſa non eſt de fine. Et ex hoc ſequitur, quòd uirtus moralis eſt nobilior prudentia: nec euaditur, ut in Prima ſecundæ dicebatur, quia prudentia dirigit in præſtituendo finem, ideo author hæc tractat in reſponſione hac. Tertiò, ꝙ hæc difficultas de ſuperioritate, & & nobilitate inter uirtutem moralem, & prudentiam, obſcura, ꝓpterea quia uirtus moralis eſt de fine, prudentia autem de his, quæ ſunt ad finem, in præcedenti libro loco allegato ſoluta eſt dupliciter. Primò, quia prudentia eſt ẽt de fine applicite: ſecundò, quia uirtus moralis non eſt de fine abſq; mendicatione a prudentia. Et quamuis utrũque horum ſit uerũ in ſe, & nonnihil reſpondeat difficultati, ſolutio tamen difficultatis ſimiliter

D hinc ſumẽda eſt, ꝙ virtutẽ aliquã eẽ finis, cõtingit dupliciter. ſ. executiuè, & authoritatiuè. Virtus illa, quæ eſt de fine executiuè, per modum exequentis, tendit in illũ, ut patet in omnib. executiuis actib⁹: uirtus autem illa, quæ eſt de fine authoritatiue, intendit primo in illum, & circa illũ uerſatur ante omnem electionem. Differentia aũt inter iſtas ad propoſitum eſt, ꝙ cùm dicitur, ꝙ uirtuti de fine proprium eſt pręcipere ei, quę eſt de his quæ ſunt ad finẽ, intelligitur de ea, quæ eſt de fine authoritatiue. Hæc. n. eſt quæ finem pręſtituit aliis, & pręcipit, ut patet in artibus architectonicis, & charitate reſpectu aliarum uirtutum. Virtus igitur moralis non eſt de fine authoritatiuè, ſed executiuè: quod patet ex eo, ꝙ uirtus ex principali actu ſuo iudicãda eſt. Cõſtat aũt, ꝙ præcipu⁹ actus uirtutis moralis eſt electio, ut patet ex ipſa eius diffinitione 2. Ethic. Virtus eſt habitus electiuus &c. electio aũt ad executionẽ

E ſpectat: ſequitur. n. præceptum, & eſt ipſa executio appetitus in appetibile. vnde nihil reſtat, niſi exterior executio poſt electionẽ. Et propterea uirtus moralis non præcipit prudentiæ, nec eſt ea prior naturaliter: & tamen oporteret eam præcedere naturaliter prudentiam, ſi eſſet de fine authoritatiue. Eſſet autem hoc, ſi uirtus eſſet primo habitus intentiuus finis, hoc eſt, ſi primo perficeret intentionem finis, quoniam intentio non dependet ab his, q̃ ſunt ad finem. Dico autem primò, quòd uirtus moralis perficiendo primò electionem, perficit ſecundariò intentionem. Propter quod in 6. Ethic. dicitur, quòd facit intentionem rectam, & quòd principium prudentiæ firmat in anima. Et hoc eſt quod in litera a poſteriori declaratur, dicendo, quòd finis non pertinet ad uirtutes morales, tamquam ipſæ præſtituant finem. Et excluſa ſuperioritate uirtutis moralis reſpectu prudentię, declaratur ſuperioritas econtrario: quia prudentia mouet eam, diſponendo ea quæ ſunt ad finem, quę eliguntur a uirtute morali, ut in ſequenti patebit articulo.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*¶ Super quæſt. quadrageſimaſeptima articulum ſeptimum.*

IN artic. 7. eiuſdem 47. q. aduerte quatuor. Primò differentiam inter finem, & medium in uirtutib. moralibus, ꝙ licet coincidant in unam rē, alia tamen eſt utriuſque ratio. Medium .n. in comparatione ad extrema dr̄. Et in propoſito, mediū nō ſecundum quantitatem, ſed rōnem, ſeu proportionē dr̄, ut in 2. patet Eth. & opponitur utriq; extremo ſ. improportionato ꝑ exceſſum, & improportionato per defectum, finis aūt hoc non reſpicit. Et ꝑpea non mireris, ſi poſt quæſtionem de præſtitutione finis, quærit de inuentione medii moraliū uirtutū.

Inf. q. 123. artic. 12. & q. 141. art. 8. & 1. 2. q. 61. ar. 3. ad 3. & q. 66. art. 2. Et 3. diſt. 33. q. 2. ar. 5.

Ar. præced.

Ar. 5. huius quæſt.

¶ Secundò, ꝙ mediū moralis uirtutis dupliciter interpretari poſſumus. Primo formaliter, pro ipſa medii rōne: ſecundò materialiter, pro re denominata media. Si ſumatur primo mō, ſic eſt bonitas rōnis: ſi ſecundo modo, ſic eſt res bona bonitate rōnis. & primo mō eſt finis moralis uirtutis: ſecundo aūt eſt id qđ ē ad finem. Vñ moralis uirtus eligit operationē, ſeu paſſionē talē, tantam &c. ut bonam ſecūdū rōnem. Materia .n. eſt propter formam: & id quod eſt ad finem, ut materiale, eſt finis: ipſe autem finis, formale eſt.

Li. 2. de Inuentione in fol. 4. ante finem.

Ar. 5. hui⁹. q. arg. 1.

¶ Tertiò, ꝙ quemadmodū naturalis rō dictat finem uirtutum moralium, ēt dictat mediū earundem, in quantum opponitur extremo. ſ. exceſſui. Dictat ſiquidem naturalis rō cuilibet, ꝙ non eſt iraſcendū de lectandum &c. pluſquā oportet: ſed an ſit traſcēdū, triſtādū, delectandū, nihil, vel uſq; ad tm̄ terminū, non dictat naturalis rō ſufficienti euidentia abſque rōnis diſcurſu. Propter qđ de hoc uariæ dicuntur opiniones, & ad moralem philoſophiam ſpectat hoc in communi determinare, ut euidens nobis ſit. Ad prudentiam autem ſpectat

## Articvlvs VII.

*Vtrum ad prudentiam pertineat inuenire medium in uirtutibus moralibus.*

AD SEPTIMVM ſic procedit. Vr̄, quòd ad prudentiā non pertineat inuenire medium in uirtutibus moralibus. Conſequi .n. mediū eſt finis moraliū uirtutū: ſed prudētia nō p̄ſtituit finem moralibus uirtutibus, ut* oſtēſū eſt. ergo nō inuenit in eis mediū.

¶ 2 Pręt. Illud quod eſt per ſe, nō uidetur cauſam habere: ſed ipsū eſſe eſt ſuiipſius cauſa, quia unūquodque dr̄ eſſe per cauſam ſuā: ſed exiſtere in medio cōuenit uirtuti morali per ſe, quaſi poſitum in eius diffinitione, ut ex * dictis patet. non ergo prudentiam cāt mediū in uirtutibus moralibus.

¶ 3 Pręt. Prudentia operatur ſecūdum modum rationis: ſed uirtus moralis tendit ad medium ꝑ modum naturæ, quia ut Tullius dicit in 2. * Rhetoricæ. Virtus eſt habitus per modum naturæ rationi conſentaneus. ergo prudentia nō præſtituit medium uirtutibus moralibus.

SED CONTRA eſt, quod in ſupra poſita * diffinitione uirtutis moralis dicitur, quod eſt in medietate exiſtens determinata ratione, prout ſapiens determinabit.

RESPON. Dicendū, quod hoc ipſum, quod eſt conformari rōni rectæ, eſt finis proprius cuiuslibet uirtutis moralis. Temperantia .n. hoc intendit, ne propter concupiſcentias homo diuertat a ratione: & ſimiliter fortitudo ne a recto iudicio rationis diuertat, propter timorem, uel audaciam: & hic finis pręſtitutus eſt homini ſecūdū naturalem rationem. Naturalis .n. ratio dictat unicuique, ut ſ̄m rōnem operetur: ſed qualiter, & per quæ homo in operando attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentiæ. Licet .n. attingere medium ſit finis uirtutis moralis, tamen per rectam diſpoſitionē eorum, quæ ſunt ad finem, medium inuenitur. Et per hoc patet
K reſponſio ad Primum.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd ſicut agens naturale facit ut forma ſit in materia, non tamen facit ut formę cōueniant ea, quæ ꝑ ſe ei inſunt: ita etiam prudentia mediū cōſtituit in paſſionibus, & operationibus, non tm̄ facit quòd mediū q̄rere conueniat uirtuti.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ uirtus moralis per modum naturæ intendit peruenire ad mediū: ſed q̄a mediū, ſ̄m qđ mediū, non

F eodem modo inuenitur i omnibus, ideo inclinatio naturæ, quæ ſemper eodem modo operatur, hoc non ſufficit, ſed requiritur ratio prudentiæ.

## Articvlvs VIII.

*Vtrum præcipere ſit principalis actus prudentiæ.*

AD OCTAVVM ſic procedit. Videtur, ꝙ præcipere non ſit principalis actus prudētiæ. Præ
G cipere .n. ꝑtinet ad bona, quæ sūt fienda: ſed * Aug. 14. de Trini. ponit actum prudentię præcauere inſidias: ergo præcipere non eſt principalis actus prudentiæ.

¶ 2 Pręt. * Philo. dicit in 6. Ethic. ꝙ prudentis eſt bene conſiliari: ſed alius actus uidetur eſſe conſiliari & præcipere, ut ex ſupra † dictis patet: ergo prudentiæ principalis actus non eſt præcipere.

¶ 3 Præt. Præcipere, vel imperare uidetur pertinere ad uoluntatem, cuius obiectum eſt finis, & q̄
H mouet alias potentias animę: ſed prudentia non eſt in uoluntate, ſed in ratione: ergo prudentiæ actus non eſt præcipere.

SED CONTRA eſt, qđ * Philo. dicit in 6. Ethic. quòd prudentia præceptiua eſt.

RESPON. Dicendum, ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium, ut ſupra * dictum eſt. Vnde oportet ꝙ ille ſit præcipuus actus prudentiæ, qui eſt pręcipuus actus rōnis agibilium, cuius quidem ſunt tres actus, quorum primus eſt cō
I ſiliari, quod pertinet ad inuentionem. Nam conſiliari eſt quærere, ut ſupra * habitū eſt. Secūdus eſt iudicare de inuentis, & hoc facit ſpeculatiua rō: ſed practica rō, q̄ ordinat̄ ad opus, ꝓcedit ulteri⁹. Et eſt tertius actus eius p̄cipere, q̄ q̄dem actus conſiſtit in applicatione conſiliatorū, & iudicatorū ad operandū. Et q̄a iſte actus eſt ꝓpinquior fini rōnis practicæ, inde eſt, ꝙ iſte eſt principalis actus rōnis practicæ, & ꝑ conſequens pru
K dentię: & huius ſignū eſt, quòd ꝑfectio artis conſiſtit in iudicādo, non aūt in p̄cipiendo. Iō reputat̄ melior artifex, qui uolens peccat in arte, quaſi hn̄s rectum iudicium, q̄̄ qui peccat nolens: quod vr̄ eſſe ex defectu iudicii: ſed in prudentia eſt econuerſo, ut dicit̄ in 6. * Ethi. Imprudentior enim ē qui uolens peccat, quaſi deficiens in principali actu prudentiæ, q̄ eſt pręcipere, q̄̄ qui peccat nolens.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ act⁹ p̄cipiēdi ſe extēdit & ad bona

proſequenda,& mala cauenda. &
tamen prçcauere inſidias non at
tribuit Augu.prudentiæ quaſi ad
principalē actū ipſius , ſed q̃a iſte
actus prudētiæ nō manet ī patria.

Ad secvndvm Dicendū,
quòd bonitas conſilii requiritur
ut ea,quæ ſunt bene inuenta , ap-
plicentur ad opus.Et ideo præci-
pere pertinet ad prudentiam,quę
eſt bene conſiliatiua.

Ad tertivm Dicendū , ꝙ
mouere abſolute pertinet ad uo-
luntatem:ſed prçcipere importat
motionem cum quadam ordina
tione,& ideo eſt actus rationis,ut
ſupra* dictum eſt.

## Articvlvs ix.

### *Vtrum ſolicitudo pertineat ad prudentiam.*

AD nonvm ſicproceditur.
Videt̃,ꝙ ſolicitudo non ꝑ
tineat ad prudētiā. Solicitudo.n.
inquietudinem quandam impor
tat.Dicit.n.* Iſid.ī li. Etym.quòd
ſolicitus dicitur, qui eſt inquiet⁹:
ſed motio maxime pertinet ad
uim appetitiuam:ergo & ſolicitu
do:ſed prudentia non eſt in ui ap
petitiua,ſed in ratione,ut ſupra†
habitum eſt : ergo ſolicitudo non
pertinet ad prudentiam.

¶ 2 Præt.Solicitudini uidetur op
poni certitudo ueritatis , uñ dici
tur 1.Reg.9 quòd Samuel dixit ad
Saul.De aſinis, quas nudiuſterti⁹
perdidiſti,ne ſolicitus ſis, quia in-
uentæ ſunt: ſed certitudo uerita-
tis pertinet ad prudentiam , cùm
ſit uirtus intellectualis : ergo ſoli-
citudo opponitur prudentię ma
gis,quàm ad eam pertineat .

¶ 3 Præt.* Philoſ.dicit in 4.Eth:
